

ciplinaria sed etiam politica videntur ; d.) asserant, se conformiter statutis S. Ordinis super delictis sibi imputatis nec a Rmo D. Abbate admonitos, multo minus capitulariter constitutos et auditos fuisse, e.) nemo autem nisi auditus et convictus condemnari, et lite pendente nil innovari possit, f.) de P. Valentino Turba constituendo administratore temporalium Czihanae et cooperatore in cura animarum talis spargatur hic rumor, ut eo comprobato ille hac promotione indignus foret : idcirco Rmo. D. Abbati praesentibus penof-  
ficiose significatur :

1.) ut decreta omnia tria illi in superius citata missiva consistoriali submissa, remittat.

2.) tam in Decanatu Teplensi, quam in parochia Czihanensi omnia in pristino statu usque ad legalem delictorum huc relationem ratione utriusque praefati honorab. sacerdotis inquisitionem et comprobationem relinquenda esse.

3.) legalem hanc inquisitionem commissione mixta ab hac instituendam esse, nisi Rmus D. Abbas a suo proposito desisteret, super quo proxime definitam praestolamur relationem.

Praeterea Rmo D. Abbati significatur Adm. Rev. Vicario Tey-singensi sub eadem copiam hujus ordinationis pro ejus notitia tantum et directione submissam fuisse.

Pragae ex Cancellaria Archieppli die 7. Aug. 1823, Nr. 2947-48.

Am Rücken : Dem Theusinger hochwürdigen Herrn Bezirksvikär zur nöthigen Wissenschaft und Darnachachtung zuzustellen. Ex Concluso Reverendissimi Archiepiscopalis Consistorii. Prag den 8. August 1823. Kodauer, Konsistorial-Sekretär.

Albert STARA, O. Praem.

\* \* \*

LA PARTICIPATION D'UN ABBE DE GRIMBERGHEN  
A UNE PROCESSION EUCHARISTIQUE ORGANISEE A  
BRUXELLES EN 1370      -:-      -:-      -:-      -:-

*A en croire une ancienne tradition, l'abbé de Grimberghen, Godefroid de Vos, aurait présidé en 1370 la procession qui ramena les Hosties profanées à Bruxelles et réputées miraculeuses de l'église Notre-Dame de la Chapelle à la collégiale des S. S. Michel-et-Gudule.*

*Ce n'est pas ici l'endroit de nous étendre sur l'événement qui se*

trouve à l'origine de la dévotion eucharistique, si populaire depuis bientôt six siècles dans la Capitale. Retenons qu'en 1370 des Israélites habitant dans la cité furent exécutés du chef d'un attentat sacrilège, exercé contre des espèces sacramentelles, dérobées par eux dans l'oratoire de Sainte-Catherine, non loin de la Porte de Flandre. On recueillit les Hosties dans l'église de la Chapelle mais bientôt les chanoines de Sainte-Gudule en réclamèrent la restitution intégrale et obtinrent, dans ce but, un mandement de l'évêque de Cambrai, enjoignant de leur donner satisfaction (1).

Nous n'avons pas de document contemporain pour nous apprendre comment la volonté épiscopale fut exécutée. Seuls des récits postérieurs décrivent minutieusement la cérémonie du transfert, qui aurait été présidée par le prélat Godefroid de Vos. Il est sûr, néanmoins, qu'une procession solennelle fut organisée cette même année, vers la fin du mois d'avril, et que l'abbé de Grimberghen y fut invité personnellement (2).

Les comptes de Sainte-Gudule ne rapportent pas le nom du personnage en question, et c'est induement que, dans la suite, on a voulu l'identifier avec Godefroid de Vos présidant, vers cette époque, aux destinées du monastère de la banlieue bruxelloise.

En effet, un document d'archive, en provenance de Grimberghen même, exclut, d'une façon absolue, la possibilité de la présence de Godefroid de Vos à Bruxelles en 1370. Celui-ci était déjà décédé en ce moment et remplacé depuis le 9 octobre 1367 par Raoul de Businghen. Raoul fut désigné comme prélat par les abbés de Saint-Michel d'Anvers, de Tongerlo et de Dilighe, après différentes tentatives, restées infructueuses, de la part des membres de la communauté pour se choisir un chef (3).

Mis en relation avec les comptes de Sainte-Gudule, l'acte relatant l'accession de Raoul au siège abbatial permet de corriger l'erreur, colportée depuis plusieurs siècles dans l'histoire des origines du culte eucharistique bruxellois.

(1) Il existe une littérature très ample sur ce sujet, qui n'a cessé de faire l'objet des recherches des historiens depuis le début du XVII<sup>e</sup> jusqu'à la fin du XIX<sup>e</sup> siècle. Nous comptons publier nous-même prochainement une étude critique sur les origines et le développement du culte bruxellois, d'après les sources originales.

(2) *Item domino meo Grimbergensi, hic ad processionem rogato, IIII geltas vini, pro qualibet gelta IIII libras, valent XVI libras.*

Comptes du receveur capitulaire de 1369 à 1370. Archives Générales du Royaume à Bruxelles, Archives ecclésiastiques carton 517, pièce 12.

(3) Voir la teneur intégrale du document en annexe.

*Ce n'est donc pas Godefroid de Vos, mais bien son successeur, Raoul de Businghen, qui vint à Sainte-Gudule en 1370 et y fut mêlé à l'une des premières manifestations du culte des Hosties miraculeuses. Par le fait même, on pourra rectifier l'erreur des listes d'abbés de Grimberghen, qui ont prolongé induement la durée du gouvernement du premier de ces prélats et ce à cause de la tradition de son passage à Bruxelles lors de l'attentat judaïque.*

Pl. LEFEVRE, O. Praem.

*Procès-verbal de l'élection d'un abbé à Grimberghen,  
le 9 octobre 1369.*

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Amen. Nos Martinus, divina permissione abbas monasterii Sancti Michaelis Antwerpiensis, Premonstratensis ordinis, Cameracensis dyocesis, commissarius ad infrascripta, a reverendo in Xrista patre et domino, domino Johanne abbate Premonstratensi, specialiter deputatus, ad perpetuam, tam presencium quam futurorum, noticiam volumus pervenire quod cum alias, per obitum, pie memorie, domini Godefridi, ultimi abbatis monasterii Grimbergensis, monasterium ipsum, seu ecclesia, abbate careret prout adhuc caret, idem reverendus pater nobis vices suas, per patentes suas litteras, commisit quod, secundum statutum et privilegia ipsius Ordinis, eidem monasterio, seu ecclesie, de persona ydonea provideremus, prout ex tenore litterarum commissionis earundem plenius patet, qui sequitur et est talis :

Johannes, permissione (*divina*), Premonstratensis abbas, venerabili ac dilecto nobis in Xristo fratri, abbati monasterii Sancti Mychaelis Antwerpiensis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum ecclesia Grimbergensis, que nostra est filia specialis, sit ad presens, per mortem domini G., nuper et ultimi dicte ecclesie abbatis, cujus (a) anima cum beatis accipiat porcionem, pastoris solatio viduata sit, et multum utile ut eidem ecclesie de pastore ydoneo celeriter, absque more dispendio succuratur, ne diurne vacationis incommoda paciatur, et nos, continua corporis infirmitate detenti, ac pluribus nostre ecclesie et Ordinis nostri negociis occupati, ad dictam ecclesiam Grimbergensem non possumus accedere, ad electionem de novo celebrandam ; hinc est quod nos, de vestra fide, legalitate et discretione quamplurimum confidentes, vobis, in virtute

---

(a) Le texte porte fautivement *cui*.

sancte obediencie, firmiter et discrete precipiendo mandamus, et tenore presencium committimus, quatinus, assumpto vobiscum aliquo prelato nostri Ordinis zelatore, ad dictam ecclesiam, quantocius poteritis, personaliter accedentes, faciatis eidem ecclesie de pastore ydoneo, canonice, secundum formam nostri Ordinis, celeriter provideri. Si vero de pastore eligendo fratres dicti monasterii fuerint discordes et non potuerint de facili ad concordiam revocari, vel quemquam eligant scientia et etate minus ydoneum, ipsum reprobetis et eidem ecclesie provideatis de persona ydonea, in spiritualibus et temporalibus circumspecta. Quantum autem ad premissa et eadem tangencia, seu jus nostre paternitatis concernentia, vobis committimus ista vice nostre plenitudinem potestatis, in premissis omnibus et singulis vestram conscientiam onerantes. Datum Premonstrati anno Domini M° CCC° lxxvj°, vigesima septima die mensis septembris.

Harum igitur virtute litterarum, priori et conventui monasterii seu ecclesie Grimbergensis predictae terminum prefiximus et citari mandavimus peremptorie, ad diem nonam presentis mensis octobris, omnes et singulos quorum interest, vel quomodolibet interesse poterat, quatenus ipsa die, in ecclesia sui monasterii Grymbergensis predicti, in loco capitulari, comparerent, cum intimacione quod si venirent vel non, nos nichilominus in negocio electionis hujusmodi secundum Deum et Ordinis predicti instituta, procederemus. Quarum quidem litterarum citationis tenor talis est :

Martinus, Dei patiencia, Antwerpiensis abbas, dilectis nobis in Xristo priori, suppriori, totique conventui ecclesie Grimbergensis salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum reverendus in Xristo pater et dominus, dominus abbas Premonstratensis, nobis commiserit auctoritatem suam providendi ecclesie vestre, que est filia ipsius immediata, jam vacanti per mortem venerabilis viri domini G., ultimi ejusdem ecclesie abbatis, cujus (b) anima cum beatis requiescat, per canonicam electionem de ydoneo pastore, hinc est quod nos, considerantes quod diuturne vacationes ecclesiarum pericula et dampna non modica inibi tociens inferunt et inducunt, vobis significamus quod hac instanti die sabbati, que est dies beati Dyonisii, ad ecclesiam vestram, hora capitulari, Deo favente, gratia electionis celebrande de novo pastore, descendemus, vobis mandantes, auctoritate qua supra, quatenus omnes et singulos fratres ecclesie vestre, foris manentes, quod commode habere poteritis, dicta

---

(b) Voir note (a).

die ad ecclesiam vestram evocetis, ut predictae electioni, ibidem tunc celebrande, personaliter intersint, vel saltem vices suas aliis committant, intimando eisdem quod sive venerint sive non, ad predictans electionem procederemus, prout secundum Ordinis statuta fuerit procedendum, eorum absentia non obstante. Et ne ecclesia vestra interim in spiritualibus et temporalibus, ob defectum rectoris, dampnum sustinere valeat seu jacturam dilectis nobis in Xristo priori vestre ecclesie regimen spiritualium et provisorio regimen temporalium, quousque eidem ecclesie de pastore fuerit provisum, tenore presentium, duximus commitendum, mandantes dictis priori et provisorio, ac eisdem districtius injungentes, quatenus in premissis et ea tangentibus, prout ad quolibet eorum pertinet, diligenter et sollicitè se studeant habere, injungendo nihilominus omnibus et singulis ecclesie vestre professis, quatenus dictis priori et provisorio in premissis humiliter obediant et devote. In Domino feliciter valeatis. Scriptum 2a die mensis octobris.

Tandem, die prefixa, totus conventus sive singule persone ejusdem in capitulo loci Grimbergensis predicti, coram nobis ac venerabilibus in Xristo patribus et dominis, dominis Egidio Tongherlensis et Johanne Cectensis monasteriorum abbatibus, Ordinis et diocesis predictorum, quos ad hoc assumpsimus, comparentes, invocata prius Sancti Spiritus gratia, proposuimus et per discretum virum fratrem Willemum Brulocht, canonicum ecclesie nostre Antwerpiensis predictae, prefatas literas, commissionis scilicet et citationis, de verbo ad verbum legi fecimus. Quibus lectis, requisivimus utrum aliquis dictorum fratrum conventualium contra ipsas litteras commissionis dicere vellet, aut citationis ignorantiam allegare. Qui omnes, tam conjunctim quam divisim, ore uno, responderunt quod non, sed ipsas potius approbarunt. Quibus sic actis, proposuimus et legi fecimus eisdem et ibidem statuta ordinis predicti, formas electionum, viam scilicet Spiritus Sancti et compromissi continentia. Qui statim formam compromissi elegerunt, ita quod aliqua deliberatione prehabita, unanimiter et concorditer predicti prior et conventus in duas personas commiserunt, videlicet fratres Rabodonem, priorem, et Arnoldum dictum Platvoet, canonicum ecclesie sive monasterii antedicti, qui vocati per dominum abbatem commissarium prefatum et in juramento constricti corporali, ad sacrosancta Dei evangelia corporaliter tacta scriptura, manusque ponendo ad pectus, sub stola, juraverunt quod amotis prece, precio, odio, amore, timore vel favore, carne et ceteris, eligerent sive nominarent quinque fratres boni nominis et fame et

sub juramento predicto. Qui jurati in forma prefata, diligenti deliberatione prehabita, nominaverunt ad hujusmodi negotium peragendum viros providos et discretos, dominos fratrem Johannem de Monte, Balduinum de Merchtenis, Heinricum de Coningsloet, Johannem dictum Zoeten et Walterum dictum Nunnemoet, canonicos loci prelibati ; qui similiter, prestitis juramentis in forma qua supra, quod valentem virum, omni suspicione carentem, qui utilis foret regimini ecclesie seu monasterii supradicti, tam in spiritualibus quam in temporalibus circumspectum, eligere deberent sive nominare, et onere hujusmodi in se suscepto voluntarie intraverunt in conclavi et ibidem per plura horarum spacia eis existentibus et nequaquam concordantibus, nec concordare valentibus, quamvis sepius moniti et intanter per nos, in presencia dominorum Tongherlensis et Gettensis, confratrum nostrum predictorum, ac notarii publici et testium subscriptorum, fuissent requisiti et eis minime concordare valentibus, potestatem eis ad premissa, ut premittitur, attributam libere et voluntarie nobis resignarunt, sic quod electio predicta seu provisio ad nos, tanquam ad patrem abbatem et commissarium superiorem, secundum statuta et privilegia Ordinis nostri sepedicta, est specialiter devoluta. Quibus sic rite et legitime actis, nos Martinus abbas et commissarius sepedictus, freti consilio dominorum confratrum nostrorum abbatum premissorum, juxta privilegia et statuta Ordinis nostri sepedicti, Christi nomine invocato, solum Deum habentes pre oculis, providimus et providemus huic ecclesie sive monasterio Grimbergensi memorato, de fratre Radulpho de Bussinghen, tunc persona de Stroenbeke, canonico et presbitero in monasterio Grimbergensi expresse professo, viro utique laudabilis vite et honeste conversationis, in spiritualibus et temporalibus multipliciter comprobato et commendando, ipsumque in abbatem ejusdem ecclesie sive monasterii Grimbergensis preficiendo, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen, sperantes fimiter in Domino eundem dominum Radulphum moribus et vita ac religionis zelo multipharie fore approbatum, dicto monasterio sive ecclesie multum posse prodesse. Quam quidem provisionem sive electionem totus conventus ejusdem loci Grimbergensis gratanter acceptavit et approbavit, psallentes et cantantes altibus vocis *Te Deum laudamus* etc., et ad ecclesiam ducentes, apertis januis et campanis pulsatis dictum provisionis sive electionis negotium multitudini cleri et populi, ibidem congregate et presenti publicantes, postquam idem dominus Martinus, abbas et commissarius, prefatum dominum Radulphum duxerit ad locum capitularem predictum, et omnibus de

conventu eum sequentibus, ac ad monitionem ipsius domini abbatis commissarii flexis genibus complosisque manibus, ipsi domino Radulpho obedientiam fatentibus, quos et eorum singulos ad osculum pacis receperit tamquam eorum pater spiritualis. In quorum omnium et singulorum testimonium, presentem nostram provisionem ac omnia et singula, per Reynaldum de Reys, notarium publicum et infrascriptum, scribi et publicari mandavimus et instrumentum publicum exinde confici, in meliori forma qua fieri posset, secundum consilium et dictamen cujuslibet sapientis facti, tamen substantia non mutata, requisivimus ac sigilli nostri appensione communiri requirentes; insuper nostros confratres, videlicet dominos Egidium Tongherloensem Johannem Gettensem abbates, necnon et religiosum virum, dominum Willelmum, prepositum monasterii Vallis Liliorum, ordinis et dyocesis predictorum, tunc in omnibus presentem, et rogantes quatenus presentibus, una cum sigillo nostro signoque meo notarii suprascripti, sua velint apponere sigilla, in testimonium veritatis premissorum. Lecta fuit et publicata dicta provisio in dicto Capitulo, seu loco capitulari, ecclesie Grimbergensis sepedicte, sub anno Nativitatis Domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> lxvii<sup>o</sup>, indictione Va, die vero nona mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Xristo patris et domini nostri, domini Urbani, divina providentia pape Vti, anno Vto, presentibus viris providis et discretis dominis Cornelio, decano Xristianitatis Bruxellensis, magistro Johanne de Cortenbeke, magistro in artibus et bacallario in medicina, et Nycholao de Wezele, curato ecclesie de Westmalle, dicte Cameracensis dyocesis, pluribus et aliis testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Nos vero Egidius Tongherloensis et Johannes Gettensis monasterii abbates ac Willelmus prepositus Vallis Liliorum prescripti, quia premissis omnibus et singulis, una cum dicto patre nostro abbate notarioque publico et testibus prescriptis presentes interfuimus, preapposito sigillo dicti patris nostri abbatis, et ad ipsius requisitionem, nostra sigilla presenti instrumento publico apponi fecimus in veritatis testimonium omnium premissorum.

Et ego Reynaldus Brems de Reys, clericus Coloniensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia premissis omnibus et singulis, prout prescribuntur, presens interfui cum testibus prescriptis, de mandato et requisitione venerabilis patris domini abbatis commissarii sepedicti, hoc instrumentum publicum exinde confeci, quod manu propria scripsi ac signo meo solito roboravi in testimonium omnium premissorum etc.

Archives de l'abbaye d'Averbode, Sect. IV, Ms. n° 116, vol. 22-23vs.